UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum concupiscentia sit tantum in appetitu sensitiuo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

Ens autem & uerũ ſunt communia in omnibus: ſed in particulari nihil prohibet quoddam ens, & qđdã uerum odio haberi, inquantum hẽt rõnem contrarii & repugnantis: contrarietas.n. & repugnantia nõ aduerſatur rõni entis & ueri, ſicut aduerſatur rõni boni. Contingit aũt uerum aliquod particulare tripliciter repugnare, uel cõtrariari bono amato. Vno mõ, ſecundum quod ueritas eſt cauſaliter & originaliter in ipſis rebus: & ſic homo quandoque odit aliquam ueritatem, dum uellet non eſſe uerum, qđ eſt uerum. Alio modo, ſecundum quod ueritas eſt in cognitione ipſius hominis, quæ impedit ipſum a proſecutione amati: ſicut ſi aliqui uellent nõ cognoſcere ueritatem fidei, ut libere peccarent, ex quorũ perſona dicitur Iob 22. Sciẽtiã uiarum tuarum noluG mus. Tertio modo, habetur odio ueritas particularis tanquã repugnãs, prout eſt in intellectu alterius, puta, cùm aliquis uult iacere in peccato, odit quod aliquis ueritatem circa peccatum ſuum cognoſcat. & ſecundum hoc dicit Augu. in 10. Confeſ.* ꝙ hoĩes amant ueritatem lucentem, oderunt eam redarguẽtem. Et per hoc patet reſponſio ad primum.

c.23.a med. tom.1.

Ad secundum dicendum, quòd cognoſcere ueritatem, ſecundum ſe eſt amabile, propter quod dicit Aug.* quod amant eam lucentem: ſed per accidens cognitio ueritatis poteſt eſſe odibilis, inquantum impedit ab aliquo deſiderato.

Ibidem.

H Ad tertium dicẽdũ, ꝙ ex hoc procedit, ꝙ nõ ficti amantur, quòd hõ amat ſecundũ ſe cognoſcere ueritatem, quam homines non ficti manifeſtant.

Articulus VI.

Vtrum aliquid poſſit haberi odio in uniuerſali.

Supr. art. 5. cor.

Ad sextum ſic proceditur. Videtur, ꝙ odiũ nõ poſſit eſſe alicuius in uniuerſali. Odium.n. eſt paſſio appetitus ſenſitiui, qui mouetur ex ſenſibili apphenſione: ſed ſenſus nõ põt apprehendere uniuerſale. ergo odiũ nõ põt eſſe alicuius in uniuerſali.

I ¶ 2 Præt. Odium cauſatur ex aliqua diſſonãtia, quæ communitati repugnat: ſed communitas eſt de ratione uniuerſalis. ergo odium non poteſt eſſe alicuius in uniuerſali.

¶ 3 Præt. Obiectum odii eſt malum: malum, autẽ eſt in rebus, & non in mente, ut dicitur in 6. Meta. † cũ ergo uniuerſale ſit ſolum in mente, quæ abſtrahit uniuerſale a particulari, uidetur quòd odium nõ poſſit eſſe alicuius uniuerſalis.

tex. 8. to. 3.

Sed contra eſt, quod Philoſophus dicit in 2. Rhetor.* quod ita ſemper fit inter ſingularia: odium autem etiam ad genera. Furem.n. odit & calumniatorem unuſquiſque.

ca. 4. a med. tom. 6.

K Respondeo. Dicendum, ꝙ de uniuerſali dupliciter contingit loqui. Vno mõ, ſ'm quod ſubeſt intentioni uniuerſalitatis: alio autem mõ dicitur de natura, cui talis intentio attribuitur. alia eſt.n. conſideratio hominis uniuerſalis, & alia hominis in eo quod eſt homo. Si igitur uniuerſale accipiatur primo modo, ſic nulla potentia ſenſitiuæ partis, neque apprehenſiua, neque appetitiua poteſt in uniuerſale: quia uniuerſale fit per abſtractionem a materia indiuiduali, in qua radicatur omnis uirtus ſenſitiua. poteſt tamen aliqua potentia ſenſitiua, & apprehenſiua, & appetitiua ferri in aliquid uniuerſaliter: ſicut dicimus ꝙ obiectum uiſus eſt color ſecundum genus, non qua uiſus cognoſcat colorem uniuerſalẽ: ſed quia, ꝙ color ſit cognoſcibilis a uiſu, non conuenit colori, inquãtũ eſt hic color, ſed inquãtũ eſt color ſimpliciter. Sic ergo odiũ ẽt ſenſitiuæ partis, põt reſpicere aliquid in uniuerſali: quia ex natura cõi aliquid aduerſatur animali, & non ſolum ex eo quod eſt particularis, ſicut lupus oui: unde ouis odit lupum generaliter. Sed ira ſemper cauſatur ex aliquo particulari, quia ex aliquo actu lædentis: actus autem particularium ſunt. & propter hoc Philoſophus dicit,* quòd ira ſemper eſt ad aliquid particulare: odiũ uerò poteſt eſſe ad aliquid in genere. ſed odium ſecundum quod eſt in parte intellectiua, cùm cõſequatur apprehenſionem uniuerſalem intellectus, poteſt utroque modo eſſe reſpectu uniuerſalis.

li. 2. Rh. 4. post dimid.

Ad primum ergo dicẽdũ, ꝙ ſenſus non apprehendit uniuerſale, prout eſt uniuerſale: apprehendit tñ aliquid, cui per abſtractionem accidit uniuerſalitas.

G Ad secundum dicendum, quòd id qđ cõe eſt omnibus, non poteſt eſſe ratio odii: ſed nihil prohibet aliquid eſſe commune multis, quod tamẽ diſſonat ab aliis: & ſic eſt eis odioſum.

Ad tertium dicendum, quòd illa obiectio procedit de uniuerſali ſecundum quod ſubſtat intẽtioni uniuerſalitatis: ſic enim non cadit ſub apprehenſione, uel appetitu ſenſitiuo.

Quaestio XXX.

De concupiſcentia in quatuor articulos diuiſa.

H Deinde conſiderandum eſt de concupiſcentia.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum concupiſcẽtia ſit in appetitu ſenſitiuo tantum.

¶ Secundò, Vtrum cõcupiſcentia ſit paſſio ſpãlis.

¶ Tertiò, Vtrum ſint aliquæ concupiſcentiæ naturales, & aliquæ non naturales.

¶ Quartò, Vtrum concupiſcentia ſit infinita.

Articulus primus.

Vtrum concupiſcentia ſit tantum in appetitu ſenſitiuo.

I Ad primum ſic proceditᷣ. Vr̃, ꝙ concupiſcentia non ſolum ſit in appetitu ſenſitiuo. Eſt.n. quædam concupiſcentia ſapientiæ, ut dicitur Sap. 6. Concupiſcentia ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum: ſed appetitus ſenſitiuus non poteſt ferri in ſapientiam. ergo concupiſcentia non eſt in ſolo appetitu ſenſitiuo.

Inf. q. 3. ad 3. dis. 26. ar. 1. co.

¶ 2 Præt. Deſideriũ mãdatorũ Dei non ẽ in appetitu ſenſitiuo: imo Apoſt. dicit Ro. 7. Non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonũ: ſed deſideriũ mãdatorũ Dei ſub concupiſcẽtia cadit: ſ'm illud Pſal. 118. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificatiões tuas: ergo concupiſcentia non eſt ſolum in appetitu ſenſitiuo. K

¶ 3 Præt. Cuilibet potentiæ eſt concupiſcibile proprium bonum. ergo concupiſcentia eſt in qualibet potẽtia animæ, & non ſolum in appetitu ſenſitiuo.

Sed contra eſt, quòd Damaſc. dicit,* quòd irrationale obediens & perſuaſibile rationi diuiditur in concupiſcentiam, & iram: hæc autem eſt irrationalis animæ pars paſſiua, & appetitiua. ergo concupiſcentia eſt in appetitu ſenſitiuo.

lib. 2. c. fidei. c.

Respon. Dicẽdũ, quòd ſicut Philoſophus dicit in 1. Rheto.* Concupiſcẽtia ẽ appetitus delectabilis. Eſt aũt duplex delectatio, ut infra dicetur:* una, quæ eſt in bono intelligibili, qđ eſt bonum rõnis: alia, quæ eſt in bono ſ'm ſenſum. Prima quidem delectatio uidetur eſſe animæ tantum. Secunda autem eſt

c. 11. cula pio. q. 31. & 4.

animæ & corporis: quia ſenſus eſt uirtus in organo corporeo. unde & bonum ſecundum ſenſum, eſt bonum totius coniuncti. talis autem delectationis appetitus uidetur eſſe cõcupiſcentia, quæ ſimul pertineat & ad animam & ad corpus, ut ipſum nomen concupiſcentię ſonat: unde concupiſcentia proprie loquendo, eſt in appetitu ſenſitiuo, & in ui concupiſcibili, quæ ab ea denominatur.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ appetitus ſapientiæ, uel aliorum ſpiritualium bonorum interdum concupiſcentia nominatur, uel propter ſimilitudinem quandam, uel propter intenſionem appetitus ſuperioris partis, ex quo fit redundantia in inferiorem appetitum, ut ſimul etiam ipſe inferior appetit⁹ ſuo modo tendat in ſpirituale bonum conſequens appetitum ſuperiorem, & etiam ipſum corpus ſpiritualibus deſeruiat, ſicut in Pſal. 83. dicitur. Cor meũ, & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.

B

Ad secundum dicendum, quòd deſideriũ magis pertinere poteſt, proprie loquendo, non ſolũ ad inferiorem appetitum, ſed etiam ad ſuperiorem. Non. n. importat aliquam conſociationem in cupiẽdo, ſicut concupiſcentia: ſed ſimplicem motum in rem deſideratam.

Ad tertium dicendum, quòd unicuique potentię appetere competit proprium bonum appetitu naturali, qui non ſequitur apprehenſionem: ſed appetere bonum appetitu animali, qui ſequitur apprehenſionem, pertinet ſolum ad uim appetitiuam. Appetere autem aliquid ſub ratione boni delectabilis ſecundum ſenſum, quod proprie eſt concupiſcere, pertinet ad uim concupiſcibilem.

Articvlvs II.

Vtrum concupiſcentia ſit paſſio ſpecialis.

Ad secundum ſic proceditur. Vr̃, ꝙ concupiſcentia non ſit paſſio ſpecialis potentiæ concupiſcibilis. Paſſiones. n. diſtĩguuntur ſecundum obiecta: ſed obiectum concupiſcibilis eſt delectabile ſecundum ſenſum, quod etiam eſt obiectum concupiſcentiæ, ſecũdũ Philoſophũ in primo Rheto.* ergo concupiſcẽtia nõ ẽ paſſio ſpecialis in concupiſcibili.

c.11. non procul a princ.

¶ 2 Præt. Aug. dicit in li. 83. q.* ꝙ cupiditas eſt amor rerum tranſeũtium, & ſic ab amore non diſtinguitur: omnes autem paſſiones ſpeciales abinuicẽ diſtinguũtur. ergo concupiſcẽtia nõ eſt paſſio ſpecialis in concupiſcibili.

q. 33. post medium, tomo 4.

¶ 3 Præt. Cuilibet paſſioni concupiſcibilis opponitur aliqua paſſio ſpecialis in concupiſcibili, ut ſupra dictum eſt:* ſed concupiſcentiæ nõ opponit̃ aliqua paſſio ſpecialis in concupiſcibili. dicit enim Damaſc. ⁎ quòd expectatũ bonũ concupiſcentiam conſtituit: præſens uerò lętitiam: ſimiliter expectatum malum timorem, præſẽs uerò triſtitiam: ex quo uidetur, ꝙ ſicut triſtitia contrarietur lætitię, ita timor contrarietur cõcupiſcẽ-

q. 23.

lib. 2. ortho. fidei, c. 12. in fine. Et Gregor. Niſſe. lib. 4. cap. 9.

A

tiæ: timor autem non eſt in cõcupiſcibili, ſed in iraſcibili. non ergo concupiſcentia eſt ſpecialis paſſio in concupiſcibili.

Sed contra eſt, ꝙ concupiſcentia cauſatur ab amore, & tendit in delectationem, quæ ſũt paſſiones concupiſcibilis: & ſic diſtinguitur ab aliis paſſionibus cõcupiſcibilis, tanquam paſſio ſpecialis.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, ⁎ Bonum delectabile ſecundum ſenſum eſt cõmuniter obiectum concupiſcibilis: unde ſecundum eius differentias diuerſæ paſſiones concupiſcibilis diſtinguuntur. Diuerſitas autem obiecti poteſt attendi uel ſecundũ naturã ipſius obiecti, uel ſm diuerſitatem in uirtute agẽdi. Diuerſitas quidem obiecti actiui, quæ eſt ſm rei naturam, facit materialẽ differentiam paſſionum: ſed diuerſitas, quæ eſt ſecundum uirtutem actiuam, facit formalẽ differentiam paſſionum, ſecũdũ q̃ paſſiones ſpẽ differunt. Eſt autẽ alia rõ uirtutis motiuæ ipſius finis, uel boni, ſecundum quod eſt

q. 23. art.

C

realiter præſens, & ſecundum qđ eſt abſens. nam ſm quod eſt præſens, facit in ſeipſo quieſcere: ſm autẽ, quod eſt abſens, facit ad ſeipſum moueri. Vnde ipſum delectabile ſecundum ſenſum, inquantũ appetitum ſibi adaptat quodãmodo & cõformat, cauſat amorem: inquantum uerò abſens attrahit ad ſeipſum, cauſat cõcupiſcentiã: inquantum uerò præſens quietat in ſeipſo, cauſat delectationẽ. Sic ergo concupiſcentia eſt paſſio dif-

D

ferens ſpẽ, & ab amore, & a delectatione: ſed cõcupiſcere hoc delectabile, uel illud, facit concupiſcentias diuerſas numero.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ bonum delectabile non eſt abſolute obiectum cõcupiſcentiæ: ſed ſub rõne abſentis: ſicut & ſenſibile ſub rõne præteriti eſt obiectum memoriæ. huiuſmodi. n. particulares cõditiones diuerſificant ſpeciem paſſionum, uel etiã potentiarum ſenſitiuæ partis, quæ reſpicit particularia.

E

Ad secundum dicendum, quòd illa prædicatio eſt per cãm, non per eſſentiam: non enim cupiditas eſt per ſe amor, ſed amoris effectus. Vel aliter dicendum, ꝙ Auguſt. accipit cupiditatem large pro quolibet motu appetitus, qui poteſt eſſe reſpectu boni futuri: unde comprehendit ſub ſe & amorem, & ſpem.

Ad iii. dicẽdũ, ꝙ paſſio, q̃ directe opponitur cõcupiſcentiæ, innominata eſt, quæ ita ſe habet ad malum, ſicut concupiſcentia ad bonũ: ſed quia eſt mali

¶ *Super quaſt. trigeſimę articulum ſecundum.*

In quæſtione trigeſima omiſſo primo arti. in ſecundo aduerte quatuor. Primò, quòd diſtinctio in litera facta, ſuperius declarata eſt, & in ſequenti articulo amplius patefiet. Secundò, ꝙ author propter annexã cauſalitatem actiuam finali ſuperius declaratam, incipit a uirtute actiua, & deſcendit ad uirtutem motiũam finis. Et qa finis determinat actiuãm ſui uirtutem & finem, conſtat aliter finalizare præſenté, aliter abſentem: ideo ét aliter agit præſens & abſens, & non ſe habent abſens & pręſens ut approximatio & elongatio ſe habent in agentibus naturalibus, ſ. ut conditiones, ſine quibus actio non fit, ſed ſe habent ut uirtutes actiuæ. Vbi ſcito, Nouitie, commune eſſe omni actiuo, ſi agit, proximum eſſe paſſo, nec ab hoc exorbitat actiuum in appetitum tam ſenſitiuum, quàm intellectiuum: & approximationé ipſam, quicquid ſit, non eſſe rationem, aut uirtutem actiuam, ſed conditionem, ſine qua non: & de hac, utpote ad communisſimum artificem ſpectante, nõ eſt ſermo hic: ſed de præſentia & abſentia reali dicitur, quòd concurrunt ad actiuum in appetitum, ut in rationes partiales agendi, ita ꝙ diſtinguunt ſpecie paſſiones. Integratur. n. ratio obiecti paſſionis appetitus ſenſitiui ex bonitate, uel malitia, præſentia uel abſentia, uel indifferentia & apprehenſione. Et bonitas quidem & malitia ex natura appetitus exigitur. Omnis enim appetitus per ſe appetit bonum, & fugit malum: abſentia uerò uel præſentia, ut in reſponſione ad primum litera dicit, particularitati potentię reſpondet: apprehenſio uerò animalitati eiuſdé. Tertiò, quòd ſermo præſens eſt de diſtinctione paſſionum in genere naturæ tantum. Concupiſcere enim delectabile in propria, uel aliena uxore, in genere naturę diſtinguntur ſolo numero ſub eadem naturæ ſpecie exiſtentes, ſed in genere moris sũt diuerſarũ ſpecierũ immo diuerſorum generũ uirtutis, & uitii. Quartò, quòd ex reſponſione ad ſecundum, mirandum eſt de Grego. de Arimino in primo sẽten. diſtin. 1. q. 2. ar. 2. dicente, quòd nullus doctorum, quos uidit, tenet cupiditaté, ſeu deſiderium diſtingui eſſentialiter ab amore. Patet enim expreſſe hic & ſuperi⁹: ſed forte excuſari poteſt in uoluntate, in qua tamen manifeſte errat, ponens etiam delectationem eſſe amorem, ut ſuperius dictum eſt.

3 di. 26. q. 1. ar. 3. cor.

¶ Super